Xpeditis tribꝰ impedimētis ꝺ terminate subiectionis discipuloꝝ. videlicet discolia. violentia. et luxuria. prosequitꝰ Boetius de qrto scz incōstantia. Et diuiditur hec ps in duas. In prima docet autor inconstantiam a scholaribus vitandā. In secunda ponit naturam inconstātie ibi. Quid in dilectionis opusculo. et tercio ponit exemplū de incōstantia ibi. Cum in gignasijs. Dicens primo sic. discipulus perfectum facere volēs processum in scia ⁊ clericus fie

ri pfectus debet esse constās. scz tam diu vnam discendo sciam donec fun
ditus eam intellexerit. Tunc ibi. Quid in dilectionis.
¶ Hic ostendit naturam incōstantie dicens. clarius est ⁊ lucidius con/
stantia in opere dilectionis. immo a scholare quolibet summe est attendē
da. ⁊ per oppositū incōstantia est vitanda. Constātia em̄ facit scholarem
intelligētem. incōstantia vero facit eum prius scitoꝝ obliuisci. Item con/
stantia facit processum in scia. incōstantia autem retrocessum facit ⁊ obli
uionem in eadem. Item cōstantia colligit fructū sciētie. incōstantia vero
dispergit eundē. ¶ No
tandū hic ꝙ autoꝛ con/
grue dicit Cum discipu
lus teneatur ad perfecti
onem tendere effectiuaꝫ
Dicit em̄ propheta. ve
vobis qui de numero be
stiaruꝫ estis computati
hoc relinquētes diuinū
quod est in vobis. s. scien
tiam ¶ Item notan/
dum ꝙ incōstantia con/
grue ponitur impedimē
tum determinate subie
ctionis discipuli. quoni/
am vt supra patuit disci
puli subiectio cōsistit in
tribus. videlicet attētio
ne. beniuolētia. ⁊ docili/
tate. Incōstans autem
scholaris nec attentus ē
ad audiendum. nec do/
cilis ad intelligēdū. nec
beniuolus ad retinendū
Quare per inconstanti
am determinata discipu
li subiectio impedit Vn̄
constantia vt hic accipit
est studij inchoati plena
adeptio. ⁊ incōstantia ē
studij inchoati corrup/
tio. ⁊ alterius ꝓsecutio.
Tunc ibi. Cum gim
nasijs insudare ⁊c.

primere ¶ Quid in dilectōis opus
culo lucidius constantia. Quid incō
stantia nequius. prima parit. secunda
parta dissoluit. prima procedit. secun
da retrocedit. prima colligit. secunda
collecta dispergit.
¶ Cum gimnasijs insudare decre/
uissemus. magistratus quoqꝫ vicem
obtinere dignum duximus filium in
constantie. vel vt verius dicam ipsaꝫ
incōstantiam fortuna nostris assigna
bat preceptis imbuendum. Qui sati
ricis inhiabat atramentis mensurn⁹
historiographis ꝑsepe diurnus elegi
acis animus. ratione vero differendi
Arestotelis lamentabatur nocturn⁹
editōibus philosophicis duodecim
tabularum cōpilationibus quasi in/
stantaneus omnibus siquidez in bre
ui extiterat fastiditus. Si vero libel/

¶ Hic ponit Boeti⁹ exemplum de incōstantia dicens sic Cum decre
uissemus insudare studijs causa acqrendi scias. postq̄ꝫ adeptus fueram

magisteriū. direxit ad me fortuna quēdam scholarem imbuēdum q̄ nimi
am propter sui incōstantiam proficere nō valuit. Vñ scholaris ille ꝑ mē
sem studuit carmina satirica. ꝑ diem hystorias. ꝑ annū libros elegiacos. et
lamentabat̃ de libris Arestotelis de modo arguendi tractantibus. ꝑ spa
cium vnius noctis scire nitebat̃ omnes libros logicales Aresto. quasi ꝑ
tempus instātaneū studuit compilatōes duodecim tabellarum. in quibꝫ
rhome scripte erāt leges rhomanoꝝ. de quibus omnibꝫ breuiter fuit at-
tediatus. ⁊ si per horam se cōmendasset multos incepisset libros. nullum
tamē (licet breuissimū) finiuisset. tādem voluit esse mercator. ⁊ insistebat
nauigio marino ꝓ mercantia exercēda. prima vero nocte ad nauseam pro
uocatus ꝓpter immūdi-
cies nauales Et postea
timens submergi ortula
nus fieri volebat. legu-
mine aūt deficiente trā-
tulit se ad militiam. Vi
sis aūt hostiū incursibꝫ
primo cepit fugam. ⁊ vo
luit se viceuersa studijs
applicare. ⁊ applicuit se
studijs cratonis. ibi eñ
erat magis tutus. volu-
itq̄ꝫ studere questiones
difficiles scriptas in se-
de Cratonis rotunda
ad modū semicirculi mł
tis depicta questionibꝫ.
Latitudo eñ supioris
semicirculi ad modū zo
diaci disposita ꝯtinebat
in sua supficie septē que
stiones. Et in secūdo cir
culo sedis eiusdē nouē
scripte erant questiones
que s̄m ordinem in tex-
tu oēs patebunt. Tūc
ibi. Prima pars litteral̄.

lorum inspectioni eoꝝ scripture aliq̄n
indulsisset q̄ꝫ plures ꝑ horam incepis
set. nulliq̄ꝫ licet breuissimo manꝰ im-
poneret perficientes Tandē mercato
rum incepit instare nauigio. ꝑmo pro
noctis spacio in nausee hyatu sentina
cogente prouocatus. ⁊ deinde pōti in
undātis insultu perterritus. ortulanꝰ
esse cupiebat. Deficiente vero legumi
ne militie se transtulit exercitui Visis
aūt hostium incursibus fuge primus
terga ꝯmendabat Cratonisq̄ꝫ studijs
tutiꝰ inhiabat Cuiꝰ semicirculi capa
citas mł'tis formidabat̃ q̄stionibꝫ. su
pioris pro circuli latitudo formata zo
diaci planicie dragmis arrisit septem
plicibꝫ ¶ Prima pro lrālis ꝓtractio

¶ Hic Boetiꝰ enume
rat q̄stiones scriptas in sede Cratonis. ⁊ ꝑmo septē in supiori descriptas
circulo. secūdo nouem in medio circulo descriptas ibi. Vltia semicirculi
Prima igit̃ q̄stio est hec. an dñatio celi empyrei terreitatꝭ ꝑticipe natura
possit offuscari. Ista q̄stio pōt vnoº resolui. an deus dñator celi empyrei
terrenā naturā videlicet humanā absq̄ꝫ diuine nature inhabitatōe possit
assumere. Et s̄m hunc intellectū respondet ꝯmētator q̄ naturalr neq̄ꝫ

possibilius enim esset hominem fieri asinum.ꝗȝ deum fieri hominem nisi miraculose.Sed ẜm veritatem ⁊ fidem dicendum est.ꝙ ex quo deus est omnipotens omnia ei sunt possibilia.que sue non derogant potentie Sȝ naturam diuinam ⁊ humanam vniri nullatenus derogauit sue potentie. Ratio quia nihil aliud est diuinam naturam vniri humane nature in vnitate suppositi ꝗȝ diuinam p̄sonam que ab eterno fuit hypostasis respectu diuine nature.esse hypostasim respectu diuine nature create in tempore. Hoc autem non est indecibile vel impotens.quia per hoc circa diuinam p̄sonam nulla ponitur ignobilitas.licet em̄ deus sit summe bonus ⁊ fuit ab eterno.in nullo derogatur bonitati eius.quoniā est causa bonitatꝫ create in tempore.licet hec bonitas sit longe inferior bonitate increata. Sic conformiter cuȝ persona filij sit hypostasis increata ab eterno in nullo derogatur.si sit hypostasis increata in tempore absqȝ mutatione. Vel sicut deus de non creante fit creans nulla mutatione facta in se.sed in creatura.sic persona que non erat hypostasis humane nature facta est hypostasis eius nulla mutatione facta in se.sed solummodo in natura assumpta. sicut etiam deus est in omnibus creaturis absqȝ dependentia ad eas. q̄n imo creature dependent ab ipso.sic etiam cum deus est in natura rationali per vnionem hypostaticam non dependet ⁊ habet substantificari in hypostasi diuina.ergo hoc modo theologice questionem primam intelligēdo ex dictis patet responsio. Aliter potest intelligi seu proponi hec eadem questio prout est phisice considerationis.vtrum scȝ intellectus diuinus ex eo ꝙ intelligit ista inferiora ignobilitetur.Questio em̄ rationabilem habet causam.quia Arestoteles habet in de anima.ꝙ dū anima agit circa vilia vilescit.sed ẜm ꝙ operatur circa sublimia extollitur. Quia igitur actus anime circa vilia facit eam vilescere.⁊ actus anime circa sublimia q̄ sunt speculationis subtilis facit eam extolli. Ideo rationabiliter queritur an hoc circa actiones dei contingat.cuius actio super omnia extenditur. Ad quod dicendum ꝙ diuinus intellectus ex speciebus intelligibilibꝰ nec nobilitatur nec ignobilitatur. Ratio est quia diuinus intellectus omnia tam nobilia ꝗȝ ignobilia non ẜm suas species sed ẜm propriam essentiam intuetur. Videt enim diuinus intellectus omnia ⁊ se ⁊ alia a se per propriam essentiam. Non sic est de intellectu angelico ⁊ humano. Intelligentia scit se per propriam essentiam.alia vero a se per species.nō quidem acquisitas.sed sibi concreatas. Sed humanus intellectus scit se.⁊ alia a se per species acquisitas. Non igitur offuscatur intellectus diuinus actionibus vel cognitionibus.licet extendatur per omnia quadam spirituali extensione.nulli tamen commiscetur tanqȝ essentia vel ꝑs essentie rei.

¶ Notandum circa hoc quod dicitur celi empyrei.ꝙ ẜm theologos tota corporalis machina consistit in duobus. videlicet in natura celesti.⁊ in natura elemētari. Celestis distinguitur in tres celos principales.scilȝ in empyreum.cristallinum.⁊ firmamētum. Infra firmamētum quod est celum stellatum cōtinētur septeȝ orbes septem planetarum.qui sunt.saturnus.iupiter.mars.sol.venus.mercurius.⁊ luna. Istorum orbium natura est ꝙ oēs mouētur.excepto celo empyreo.qđ est q̄etū.Sȝ natura elemētarꝫ

in quatuor speras principales diuiditur. scz ignis aeris aque ⁊ terre. Spe
ra ignis habet tria intersticia. supremū vocatur igneū. mediū ac infimum
vocatur olimphū. Similiter aer tria habet intersticia. supremuz vocatur
ethereum. mediū ac infimuz vocatur aereū. In supremo est calor ⁊ lux ꝓp
ter solis propinquitatem. Et similiter in infimo propter radiorum de ter
ra repercussionem. Sed
in medio intersticio. ad
quod repercussio radio/
rum partingere non po
test ē frigiditas ⁊ obscu
ritas. in quo demões di
cuntur habitare detenti
in hoc caliginoso aere

quesiuit. vtrum empyrei celi domina
tio aliqua terreitatis natura participe
posset obfuscari.

¶ Secundo vtrum spirituum vita/

¶ Item notandum
quo ad hoc qd dicit pti
cipe. q summū bonum a nulla creatura formaliter participari potest. sed
bene ꝑm aliquam similitudinē. non tamē ꝑm similitudinē generis vel spe
ciei propinque. quoniā ipm summū bonū est speciei. ad quā nulla creatu
ra potest attingere. sed ꝑm siḻitudinē proportionis creature possunt esse ꝑ
ticipes ꝑmi boni. qr ista bona secūdaria leges habent innatas a natura
in quibus sunt precepta proportionalia. ⁊ ꝑm siḻitudinē proportionis si/
milia. Ex notatis patet duplex intellectus q̄stionis Tūc ibi. Scdo

¶ Secunda questio sedi cratonis in latitudine superioris circuli in/
signita est. Utrū spirituū vitalis seruitus terre ne fecis ambitu queat na
ture subsidio denigrari. Hec questio dupliciter potest intelligi. Uno mo
do sic. an intelligentie ⁊ demones corpora possunt assumere. Secundo sic
intelligi potest. an anime humane ex coniunctione earum cū corpore ob/
umbrentur. Penes primū intellectum questionis dicendū est q intelligē
tia seu angelus nō potest sibi assumere corpus. sic q corpus sit principiuz
materiale. angelus vero formale. Ratio quia illud est impossibile q̊ posi/
to sequitur impossibile. vt patet ex primo prior. sed angelus habet natu
ram ꝑfectā. etiam est plenus speciebus intelligibilibus. Si autē hoc mo
do corpus humanum acciperet. tunc ignorans imperfectusq ꝑficeretur
sicut ⁊ homo in principio natiuitatis. Sed hoc est falsum ⁊ impossibile.
ergo ⁊ illud ex quo sequitur Secūdo dicendū q angelus non potest su
scipere corpus humanū. sic q ex angelo ⁊ corpore humano fiat vnū suppo
sitū. Ratio est. qr ea que differunt plus q̄ꝫ genere in vna specie conuenire
et conformari non possunt. Sed angelus ⁊ homo plus q̄ꝫ genere differūt
quia angelus est incorporalis ⁊ incorruptibilis. Corruptibile vero ⁊ in/
corruptibile plus q̄ꝫ genere differunt. g̊ ⁊c. Sed si intelligat angelū susci/
pere corpus humanuz ad suum officium explendum. illo autem expleto
corpus derelinquendo. sic quidem potest suscipere corpus Ad hoc po
test primo assignari talis ratio. finis supponit ea que sunt ad finem ordi/
nata. Angelus autem est nomē officij. Unde Gabriel fuit missus ad vir

ginem mariã salutandũ dicens. Aue gratia plena. Et similiter angelus Thobiam visitauit. eumqꝫ in terrã medorũ deportauit. quod facere nõ potuisset. nisi corpus humanũ assumpsisset. Ymaginandũ igitur est. qꝛ sicut se habet cyrotheca ad manũ ratione frigoris remouendi. sic angelus ad corpus aliquod officiũ exercendo. sed manus est abilis cyrothecaꝫ induere in frigoris expulsionem frigoreqꝫ remoto cyrothecam exuere Sic et angelus ratione officiũ potest corpus induere. illo autem expleto iterato corpus exuere

lis seruitus. terrene fecis ambitu quat
nature subsidio denigrari.

Quo ad scd̃m questionis intellectũ dissentio est inter philosophos precipue inter Platonẽ ꝛ Arestotelem. Uult em̃ Plato animã humanã ante corporis ingressum esse dispositaꝫ in cõparibus stellis. ꝛ scire om̃ia. inibiqꝫ tanqꝫ in proprijs domicilijs residere. ꝛ virtutibus relucere. humano autem corpori infusa inclinata est crathere lacteo. videlicet dulcedine carnis. ꝛ exinde oblita totius celestis armonie quam viderat in cõparibus stellis. scꝫ omniũ virtutũ ꝛ scientiarum. Sed ꝑ studiũ ꝛ assuefactõem oĩa recolligere. ꝛ ad actũ oĩm pertingere Unde sicut lapis preciosus luto inuolutus nihil exercet naturalis bonitatis. Sed cũ abstergitur ab eo impurum. tunc micat puritas naturalis. sic vult animã per studium neqꝫ exercitiuꝫ vel assuefactionẽ virtutes aut scientias de nouo acquirere. sed potius impedimenta remouere. Contra hoc dicit Arestoteles tercio de anima. Anima in principio sue creationis est quasi tabula rasa non depicta. sed virtutibus ꝛ scientijs depingibilis. Ad hoc etiam videtur Augustinus in libro suo de spiritu ꝛ anima dicens. ꝙ anima icreando corpori infunditur ꝛ infundendo creatur Respondendũ igitur est ꝛ tenendũ cũ Arestotele. ꝙ anima nõ habuit aliqd̓ esse ante corporis coniunctionem. indiget tamen corpore quo ad sui inceptioneꝫ. licet non quo ad eius permanentiam. Exemplũ volens transire mare indiget naui. Sed postqꝫ mare pertransiuit in suo esse ꝑmanere ac subsistere potest naui corrupta. Sic corpore corrupto non oportet ꝙ anima corrumpatur. Nec illud est intelligendũ sicut Pythagoras intellexit. videlicet ꝙ sicut nauta vnus multas potest intrare naues. ꝙ sic anima vna multa potest intrare corpora migrando de corpore in corpus. Sed corpore cui anima vnita fuit corrupto non quidem aliud corpus ingreditur. sed in ꝓprio esse subsistit incorrupta. Est enim anima in orizonte duorum mundoruꝫ scilicet eternitatis ꝛ temporis. Eternitas quidem a parte post. quia incorruptibilis finẽ non habens durationis. Ad hoc est Arestoteles secundo de anima dicens. Separatur autem hoc ab hoc. scilꝫ anima a corpore tanqꝫ perpetuũ a corruptibili. Anima igitur primo corpori infusa est in potentia ad intelligibilia. Et propter nimiam corporis ruditateꝫ seu ineptitudinem ac imperfectionem statim intelligere non potest. Sed quãto magis ꝛ magis corpus perficitur. tanto vis cognoscendi anime plus ꝛ plus maioratur. Tunc ibi. Tercio an iudaice ꝛc.

Disciplina scholarium.

¶ Tercia questio. vtrum tm̄ vnū sit celum sicut voluit Arestoteles an sunt tres. sicut iudei ⁊ egyptij volunt. Posuit em̄ Arestoteles vnū celum videlicet stellatū. septē sperarum celestiū ipsoꝝ septem planetarū cōtentiuū. Judei aūt ⁊ egyptij triplex celū posuere. videlicet stellatuꝫ quod est stellarum contentiuū. Et cristallinū. non quidē ab humiditate. sed a perspicuitate. Et empyreū. id est igneum. non ignee ⁊ ardentis nature. sꝫ resplendentis ad modū ignis Theologi vero diuisioni iudaice consentiunt. Quartū celuꝫ ⁊ immobile addentes. In q̊ thronus veri salomonis immobiliter continetur Nam ad thronū veri salomonis per quindecim gradus ascenditur Primus est terre. secundus aque. tercius aeris. quartus ignis. quintus lune. sextus mercurij. septim⁹ veneris. octauus solis. nonus martis. decimus iouis. vndecimus saturni duodecimus celum stellatum. tredecimus celum cristallinum. decimusquartus celum empyreum. super quo celestis curia.

¶ Tercio an iudaice terne diuisioni poloꝝ. an Arestotilice simplici acquiescendum sit partitioni.

¶ Quarto si iudaice. an termini ex ipsis sint. vel in ipsꝭ. an q̄dlibet sigillati

¶ Notandum hic ꝙ celū a beato Thoma sic describitur.. Celum est corpus primū natura simplicissimū. incorruptibilitate solidissimū. quantitate maximuꝫ. qualitate lucidum. dyaphoneitate perspicuuꝫ: materia purissimū. figura spericum. locali situ supremum. amplitudine creaturarum omniū in se continentium. Iste proprietates tam celo empyreo q̄ꝫ primo mobili conueniunt. Sed preter hec celum empyreum est beatorū spirituum habitaculū. et specialiter sedes dei nūcupatū. Sed primo mobili specialiter conuenit ꝙ est motu velocissimū. et in hec inferiora virtutis influxiuū. Voluit igitꝰ Arestoteles mundū sensibilem terminari ad firmamentuꝫ. ita ꝙ vltima sperarum est spera stellarum fixarū. Unde dici potest s̄m eundeꝫ ꝙ non est nisi vnum celum. q̄ꝫuis diuersi sunt orbes. Sunt autem octo orbes seu spere celestes s̄m Arestotelem. vt patet in his versibus. Octo sunt spere quas sic poteris reperire. Celum stellatum. saturnus. iupiter. ⁊ mars. Sol. venus hic. sequitur mercurius. vltima luna. Tunc ibi. Quarto si iudaice ⁊c̄.

¶ Quarta questio incidens ex tercia est. Dato ꝙ tres sint celi sicut iudaica vult opinio. an igitur sunt continui aut contigui. Sunt enim continua quorum vltima sunt simul. id est non distant. Sed contigua sꝰ quorum vltima sunt simul. non tamen faciunt vnum sicut continua. Exemplum primi. sicut cutis ⁊ caro. Exemplum secundi. sicut cutis ⁊ camisia. Si vero ꝯsentiam⁹ Arꝭ. ponēti vnū celū. tunc alia emergit q̄stio. videlꝫ ex q̊ ꝑtes celi mouēt̄ localr̄. ⁊ ip̄m totū celū localit̄ moueatur. tenēdo opinionē iudaicam dici p̄t. ꝙ illi celi sunt contigui nō ꝯtinui. Dicit tamen

cōmentatoꝛ de hoc ponere solutionem foꝛe ridiculosum. Et cum ibidez peruenerit celosqꝫ inspexerit. solutionem dubij seu questionis positurum Sed quo ad secundā dubij partem. videlicet tenendo viam Arestotelis vnicū celum ponendo Cum partes illius mouentur localiter videtur totum celum eodem moueri motu. Ad hanc partem dubij dicunt quidā ꝙ totum celum non mutat locū. eo ꝙ extra celum nō est locus. partes tamen celi locū mutare possunt. sicut videmus in motu lune ⁊ alioꝛum planetarum. Distinguunt tamen hij duplicem motū localem. Nam quidā est motus ꝑm locū. vt si quis pꝛocedat de vno loco in alium locū contrarium. Alius est motus circa locū. vt si rota aliqua volueretur circa aliqđ rotundū. Dicunt igitur ꝙ licet celum non moueatur ꝑm locuz. scilicz de vno loco ad aliū locum contrariū. Mouetur tamen celum localiter motu circulari. quia circa locum ꝑm quem motum locatum est sibijpsi locus Aliter responderi potest ꝑm Auerroym. ꝙ pꝛimum celum est in loco per accidens. quia centrum eius est in loco per se. ⁊ tamen mouetur in loco per se. Est em̄ motus pꝛimi mobilis ab intelligentia vel anima nobili. ⁊ non a natura tanqꝫ ab aliqua re mobili motū illum pꝛoducente Cōsequenter dicit Auerroys. ꝙ om̄e quod sic per accidens est in loco. sicut pꝛimū celum mouetur ꝑm situm ⁊ formā. ⁊ non ꝑm subiectū. Nam subiectū quod est substantia spere nō exit a loco suo. Sed forma eius est dispositio ipsius quā ipsum habet circa conuexum centri quod ē terra. Hec aūt forma variatur om̄i hoꝛa de vno conuexo rotunditatis in aliud. Naz aliud conuexum rotūditatis habet ad polum aq̄lonis. ⁊ aliud ad polum austri Tunc ibi. Quinto cū elementoꝝ ⁊c.

Et si Arestotilice cū ꝑtes totius localiter moueanṫ. quare nō totum.

¶ Quinto cū elementoꝝ cōtinua fiat trāsmutatio. an eadē que ꝑmo an alia

¶ Quinta litteralis pꝛotractio quesiuit. cuz elementoꝛum continua fit transmutatio. an igiṫ eadem sunt elementa que fuerūt pꝛimo in esse pꝛoducta. ¶ Notandū hic pꝛimo ꝙ Aresto. in pꝛimo de generatione ⁊ coꝛruptiōe dicit elementa ad inuicem agere ⁊ pati. ⁊ inter se generari ⁊ coꝛrumpi. generatio em̄ vniꝰ est coꝛruptio alterius Est igitur questio an adhuc eadem sunt elemēta que in pꝛima mundi fuerant creatione. Ubi considerandum ꝙ duplex est actio. vna ꝑm quam totum agit in totum. alia ꝑm quam pars agit in partem. Elementa igitur agunt inter se. ⁊ patiunṫ non ꝑm actionem totius in totū. sed ꝑm actionē partis in partem. Ratio est. nā elementa agunt inter se ꝑm ꝙ se contingūt Sed nō contingūt se nisi ꝑm suas sup̲ficies ⁊ ꝑm eas se transmutant. Et ideo eadē elementa sunt ꝑm substantiaz. licet alique partes eoꝛū sint mutate ꝑm foꝛmas. ꝑm substantiā dico pꝛecipue naturalem. Huius opinionis est Boetius in tercio de consolatione. metro pꝛimo. O qui perpetua mundum ratione gubernas ⁊c. Est igiṫ verū ꝙ p̲

ſubtiliationẽ continue ex terra generatur aqua. Et econtra ꝑ ↄdenſatio-nem ex aqua fit terra. Et ſicut eſt de terra ⁊ aqua. ita eſt de alijs elemẽtis hoc dempto ꝙ in habẽtib⁹ ſimbolum facilioꝛ eſt tranſitus. Nam ꝑ rare factionem ⁊ ſubtiliationẽ tranſmutãdo ex vno pugillo terre fiunt decem aque. ⁊ ex vno aque decem aeris. ⁊ ex vno aeris decem ignis fiunt. Et ꝑ ↄſequens ex vno pugillo terre mille ignis ⁊ centum aeris fiunt. Sed per viã ↄdenſationis ex mille pugillis ignis fiũt centum aeris decem aque ⁊ vnus terre pugillus.

elementa conſiſtant ¶ Sexto cum vnum cõtrarioꝝ elementoꝝ. vt aqua accidentalẽ accipiat qualitatẽ. vt caliditatem. Quare ignis non recipiat accidentalem qualitatem vt frigidita

¶ Tunc ibi Sexto cum vnum ⁊c. Sexta queſtio eſt. Cum vnum quodꝗ quatuoꝛ elemẽtoꝝ duplicem habeat q̄litatem. vnam eſſentialẽ aliam accidentalẽ. Verbi gratia. frigiditas eſt qualitas eſſentialis aque. humiditas aũt eſt accidentalis qualitas ipſius. Silr ignis duas habet q̄litates. caliditas em̄ eſt qualitas eius eẽntialis, ſiccitas vero eſt qualitas eius accidentalis. Eſt igitur queſtio. cum aqua poſſet mutari a ſua qualitate eſſentiali. quia poteſt calefieri. quare ignis non poſſet tranſmutari a ſua qualitate eſſentiali vt poſſet frigefieri. Videtur em̄ ꝙ quicq̇d conuenit vni ſm qualitatẽ eſſentialẽ. ꝙ et alteri cõueniat. Si vero aqua que frigida eſt naturaliter poſſit calefieri. videtur ꝙ etiam ignis poſſit frigefieri per naturam ¶ Circa quod notandũ eſt. ꝙ de caliditate reſpectu ignis diuerſe ſunt opiniones. Videtur em̄ velle Petrus hyſpanus caliditatem non eſſe in igne vt accidens in ſubiecto. ymmo ſm ipſum eſt in eo vt ſubſtantiale Dicit enim ꝙ ignis non eſt ſubiectum caliditatis. ſed materia ignis eſt ſubiectum ipſius. Eſt ergo caliditas in igne ſm ipſum eſſentialiter. Sed mirum videtur. cum foꝛme ſubſtantiales coꝛpoꝝ non habeant contraria. quare tunc ignis ⁊ aqua ſm caliditatem ⁊ frigiditatẽ poſſunt contrariari Sed quidam doctoꝛ in quodã commento iohannitij. vbi querit an qualitates ſint foꝛme elementoꝝ ſubſtantiales ipſoꝝ. ſic diſtinguit Dupliciter contingit loqui de elementis. vno modo quãtum ad ipſoꝝ ſubſtantiã ⁊ abſolute. ⁊ ſic qualitates elementoꝝ non ſunt foꝛme ſubſtantiales ipſoꝝ. Sed Albertus magnus in poſtpꝛedicamentis dicit. ꝙ caliditas eſt accidens ignis. ⁊ eſt naturalis pꝛopꝛietas eſſentialis ignis. ⁊ per conſequẽs nec eſt pars ignis. quia pars non poteſt eſſe id quod eſt conſequens ꝑfectum ⁊ totum eſſe rei. Ad dubium igitur dicendum eſt ꝓut dicit Areſtoteles quarto metheoꝛoꝝ. ꝙ inter elementa ſolus ignis eſt foꝛmalis. et omnia alia elementa ſunt aliterius generis. Ideoꝗ quod radicatur in igne ꝓfundius radicatur alijs elementis. Idcirco ab alijs elemẽtis pꝛecipue ab aqua ⁊ terra ſeꝑantur ſue qualitates ſm actum ipſis non manentib⁹ in ſubſtantia. Sed remanent ſm radices videlicet in potentia redeunte ad actum quando alterans ceſſat ab alte-

ration. Et ideo aqua calefacta cessante calefaciẽte per seipsam efficitur frigida. Sed ex quo ignis est rarissimus. ⁊ vbiq; infrigidationẽ infrigidã tis recipiẽs in ꝓfundum sui. ⁊ est valde formale. statim cum infrigidatur inspissatur a sua substantia. ⁊ forma corrũpitur. Et ita ꝓporcionabiliter dicendum est de aere. Sed non est ita de terra ⁊ aqua. quia illa elementa spissa sunt. ⁊ nõ ita in ꝓfundum sui suscipiunt alteratiõnẽ eorum quibus mutantur. Et iõ aqua bene potest calefieri. sed ignis non potest infrigi dari manente eadẽ sub/stantia. Et per hoc fun dari potest hanc esse in materia naturali. ignis est calidus. hanc vero in materia cõtingenti. ma/teria aque est frigida

tem ¶ Septimo si alia zona a no/stra sit habitabilis que sit habitantiũ primeua natiuitas. quis accessus. q̄s quantusq; recessus ꝑmutatim

¶ Circuli vero mappa secundi no

¶ Tunc ibi Septimo si alia ⁊c. Septima questio fuit. An sit ali/qua plaga a nostra habitalis. Et si sic. que primeua natiuitas habitantiũ ibidem fuit. quis accessus recessusq; a nostra ad illam. ⁊ econtra ¶ No tandum ꝙ in spera quinq; distinguunt circuli qui paralelli appellantur. quoꝝ vnus est paralellus arcticus. ⁊ est circa polum mundi superiorem. Alius est paralellus antarcticus. qui est circa polum mundi inferiorẽ. Et sunt paralelelli vocati tropici. quoꝝ vnus est hyemalis. alius vero estiua lis. Inter quos duos paralellos mediat paralellus equinoctialis. ⁊ insuꝑ alius circulus zodiacus. quem sol semꝑ suo motu describit. ⁊ ille a citerio ri parte scʒ superiori vltra equinoctialẽ eleuatur. in parte vero inferiori de primitur. Et ibi tangit tropicum hyemalem, superius vero estiualem tã git tropicum. Poli vero arcticus ⁊ antarcticus multum vltra zodiacum eleuati sunt. Plaga igitur terre circulo equinoctiali subiecta inhabitabi lis est propter nimium calorem. eo ꝙ sol cõtinue decurrat inter duos tro/picos circa equinoctialẽ circulum. Plage etem̃ subiecte polis mundi scʒ arctico ⁊ antarctico inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatẽ. quo/niam sicut zodiacus ab ipsis est remotus. sic ⁊ sol qui zodiacum describit ab ipsis maxime remouetur. Sed iste due plage quaꝝ vna mediat inter tropicum estiualem ⁊ circulũ poli zodiaci arctici. reliqua vero mediat in/ter tropicum hyemalem ⁊ circulũ poli zodiaci antarctici habitabiles sũt quia sunt temperate calide ⁊ frigide. Zona vero torrida circulo equino/ctiali subiecta que inter duos tropicos mediat propter nimium calorem habitabilis dicitur. Hoc notato querit questio. An aliqua alia regio a nostra sit habitabilis. Et patet responsio quantum est ex parte tempera te caliditatis ⁊ frigiditatis non esse repugnantiã. quia sicut plaga que est inter tropicum estiualem ⁊ circulum poli zodiaci arctici est temperata ca lore ⁊ frigore. sic ⁊ plaga que est inter tropicum hyemalem ⁊ circulũ po/li zodiaci antarctici etiã est temperata frigore ⁊ calore. Unde quidam di cunt ibidem homines habitare vocantes eos antipedes. ab anti grece q̄d

est contra latine. ⁊ pes pedis. quia pedes suos habent contra pedes nostros. Qꝫ autem queritur de primeua natiuitate phisice loquendo non videtur habere locum. Ponit em̄ philosophus rerum generationē ꝓcedere in infinitum. nec aliquem assignat primū generatorē. Quantitatem etiam accessus ⁊ recessus nullus dimensus est. eo ꝙ non potest esse transitus ⁊ accessus a nostra ad illam. nec ecōuerso. eo ꝙ zona torrida mediat que circulo equinoctiali subiecta ē. que propter nimium calorem inhabitabilis est ⁊ intransibilis. Transitus autem a nostra ad illam ⁊ ecōuerso necessario fieri haberet per regionē equinoctiali subiectam

uenaria oculos intuentiū detinebat inspectione. Quarum prima zodiaci latitudinem modificantē circulorum qualitatem inspectiōe. colurorum terminos diffinitiue. totiusqꝫ forme quātitatem progressiue ¶ Secūdo an stelle fixe sint in suo celo superiori.

¶ Tunc ibi Circuli vero mappa ⁊c. Prima questio secundi circuli. non quidem ꝑ modum questionis ꝓponitur. sed per modum descriptionis. habet em̄ sibi inscriptam latitudinem zodiaci seu obliqui circuli modificantē mensurando. ⁊ distinguendo ipsum. qualificat autem dispositionē caliditatis ⁊ frigiditatis s̄m excessum ⁊ defectum aut temperamentū respectu habitationum circulis suppositarum. Vocatur etiam zodiacus circulus obliquus quia in vna parte scʒ superiori eleuatur ad virtutem cancri. ⁊ ibi est magna caliditas. In alia vero parte scʒ inferiori deprimitur ad virtutem capricorni. ⁊ ibidem viget maxima frigiditas. Circulus vero equinoctialis medius est. Unde in plaga equinoctiali circulo supposita maxima ⁊ excellēs viget caliditas. Istam igitur qualitatem circulorū s̄m excessum defectum vel temperamentū caliditatis ⁊ frigiditatis cōtinebat prima descriptio conspectiue. Insuper continebat terminos seu fines colurorū diffinitiue. seu per diffinitionem. Coluri namqꝫ diffiniuntur per ea quibus determinantur. Sunt autem duo coluri in celo. videlicet equinoctialis et solsticialis. Equinoctialis terminatur in capitibus arietis ⁊ libre. Solsticialis vero terminatur in capitibus cancri ⁊ capricorni. Sic igitur diffinitiones colurorum per suos fines detinebat etiam prima questio. Ulterius etiam continebat totum ambitum celestis spere progressiue. videlicet progressionem solis a signo in signum. zodiacus em̄ totam speram oblique circuit. Diuiditur autē zodiacus in duodecim signa. quodlibet etiā signum triginta continet gradus. quilibet gradus sexaginta continet minuta. ⁊ quodlibet minutum sexaginta secunda tenet. ⁊ sic de alijs fractionibus. Ergo iam scripta diffinitio continebat mensuram ⁊ quantitatem totius spere quo ad progressum solis a signo in signum.

¶ Tunc ibi Secundo an stelle fixe ⁊c. Secūda descriptio quere-

bat. An stelle fixe in octaua spera vise sint illi' infixe. ita ꝙ moueantur motu octaue spere. An habeant proprios epicyclos ꝛ differẽtias quibus moueantur dubio proprio sicut stelle erratice. Pro dubio notandum. ꝙ ſm Arestotelẽ duplices distinguuntur stelle. Quedam dicuntur fixe. cuiusmodi sunt ille de quibus querit questio. Alie sunt erratice. quia habẽt proprios circulos in quibus mouentur. qui dicuntur epicycli. Dicendũ ad questionẽ. ꝙ stelle fixe in octaua spera vise nõ proprio motu sed motu orbis mouentur. Dicuntur eñ fixe. quia materiam habent fixam. et iõ mouentur ſm motũ octaue spere. Huius signũ est. q̃ stelle fixe quãdoq; faciũt quandã figuram. videlicet figuram crucis vel hominis vel alterius hymaginis. Figura autem illa semꝑ manet incorrupta. quod designat ipsas per seipsas esse immotas. Si eñ quelibet illaꝝ per se moueretur. in vno momẽto huiusmodi corrumpentur figure. Sic autẽ non est de septem planetis. nam vnus eorum velocius. alter vero tardius suum perficit cursum. Verbi gratia. saturnus in triginta annis. luna vero infra mensem. iupiter in duodecim annis. sol vero in vno anno. Quia igitur planete ꝑficiunt motum tempore inequali. ex hoc patet ꝙ proprijs motibus mouentur ꝛ diuersis.

An suis circulis proprijs ꝯmeantes planetaꝝ ad instar peruagari discernantur ¶ Tercio. an comete prodigialiter rubẽtes. circulariter cũ ceteris ꝑcurrant stellis. an destructiue create

¶ Tunc ibi Tercio an comete ꝛc. Tercia questio est. an comete ꝓdigialiter rubescentes moueantur circulariter cum ceteris planetis. ita ꝙ sint de natura celesti. an sint create destructiue et in suũ cahos reuertãtur. ita ꝙ sint nature seꝑabilis generabilis ꝛ corruptibilis ¶ Pro dubio notandũ est. ꝙ de cometa varie fuerunt opiniones. Una fuit ꝙ cometa fieret ex coniunctiõe plurium stellaꝝ vacantiũ in eodem arcu. licet non in eadem altitudine arcus. Sed hec opinio est falsa. quia cometa bene apparet sine planetaꝝ cõiunctione. Silr etiam planete bene sunt coniuncti sine cometaꝝ apparitione. Preterea planete non tam diu manent coniũcti sicut comete apparent. Alij dixerunt. ꝙ cometa est q̇dam planeta raro apparens. quia frequẽtius est in radijs solaribꝫ. Et dum radios solares egreditur nobis apparet. Iterum hec opinio est falsa. quia tunc cometa appareret sub figura sperica. Preterea tunc essent plures planete q̃ʒ septem. quod est contra astronomos. Tercia opinio fuit. ꝙ cometa sit quidam planeta comã seu caudam a vaporibꝫ sursum eleuatis accipiẽs. aut saltem ab aere circũstante. Sed hec opinio iterum falsa est. q̃ tunc cometa sine cauda ꝛ coma appareret quãdo nulli vapores essent eleuati. Preterea non videtur quõ hec materia sic eleuata regularit cum planeta possit moueri ꝛ continuari. Nec potest dici planeta habere comam ex parte aeris inflammati. eo ꝙ aer nimium distat a planeta. ꝛ ita cum eo cõtinuari non potest. Alij dicunt cometam esse stellam de nono in celo impres-

sam ad futura mala ꝓnunciandum. vt vitam nostram emendemus Recitat em̄ Albertus magnus ſm Johannē damascenū ⁊ Senecam solummodo ex parte dei ꝓuenire. ⁊ quedam futura designare presagia. Sed qꝛ querimus causam naturalem ipsius comete. dicamus ſm sententiā Auicenne Arzachel' Ptholomei ⁊ Alberti. ꝙ cometa nihil aliud est q̄ꝫ vapor terreus grossus ⁊ compactus. cuius partes multum cōiacent. ascendens ab inferiori parte aeris ad superiorē eiusdem. vbi contingit spere ignis. ⁊ ibi diffusus inflammatur. Est em̄ vapor terrestris ⁊ grossus. quia si esset subtilis cito euaporaretur ⁊ dissiparetur Partes etiā ipsius sunt multum coadiacentes. quia vapor iste est bene cōmixtus ⁊ viscosus Durat autē cometa per totum tempus quo durat suus thesaurus .s. materia exalationis sue Designat autē cometa precipue tria mala .s. caristiam pestilentiam ⁊ guerrā. Caristiā quidem qꝛ magno calore qui tunc viget humores ex terra extrahunt. et sic terra sterilis efficitur. ⁊ per cōsequens caristia causatur Pestilentiā autē designat. qꝛ nimia caliditas tunc vigens sanguinē comburit. ⁊ humorē radicalem ab animalibꝫ extrahit. ⁊ sic mors subseq̄tur. eo ꝙ vita omniū viuentiū consistit in humore radicali ⁊ calore naturali. Designat etiam prelia futura. qꝛ dum caliditas ⁊ siccitas multum durant. tunc colera accenditur ⁊ augmentat̄. Sed quia colera humor est ꝓuocans lites ⁊ discordias. hinc est ꝙ colerici sunt magis litigiosi. q̄ꝫ qui alijs cōplexionibꝫ cōplexionantur. Et sic cometa plurium maloꝝ est designatiuus Et de his comete significationibꝫ sic ait quidā metrista. Flat siccat cometa necat. ⁊ tempora carat ¶ Tunc ibi Quarto an inferioris ⁊c̄.

in suum cahos reuertātur nature permissione naturantis ¶ Quarto an inferioris nature cōplexionata virtutem siue eclipsim contrahant ex planetis. an ex primis generantibꝫ. Si ex

Quarta questio est. Utrum ꝯplexionatum seu generatum nature inferioris scꝫ spere actiuoꝝ ⁊ passiuorum plus contrahat naturam vel virtutem bene operandi. ⁊ eclipsim eiusdem ex planetaꝝ influentijs. an ex generantibus Si quidē ex planetis. an igitur ſm respectum planetaꝝ ad ipsius rei natiuitatem. an ſm euentum natiuitatē ꝯsequentem. Si vero ex generantibꝫ .s. ex patre ⁊ matre. Cum igitur vnum generatiuū sit album et reliquum nigrum. quare igitur genitum non apparet nigrum ⁊ album Quare igitur generatum in extremitatibꝫ vt in manibꝫ ⁊ pedibus quādoq̄ꝫ assimilatur patri. In ceteris vero membris scꝫ quo ad cōplexionem et dispositionem parturienti assimilatur. quādoq̄ꝫ vero neutri generantiū scꝫ nec matri nec patri assimilatur. quādoq̄ꝫ vero vtriq̄ꝫ assimilat̄. Ad questionē dicendū est. ꝙ generata contrahunt suam ꝯplexionem a planetis. ⁊ etiā ex ipsis generantibꝫ. Unde quidam ph̄s nomine Hermogenes voluit in veritate ⁊ absq̄ꝫ dubio sic esse. ꝙ inferiora superioribꝫ. ⁊ superiora inferioribꝫ correspōderent. ita ꝙ natura inferiorum esset ꝓporciona

ta ꝛ adequata nature ſuperioꝝ. Dixit eñ ꝙ opatoꝛ miraculoꝝ vnus ſo/lus eſt. a quo deſcendit omnis bona operatio. ꝛ hoc eſt quia natura ꝑdu/cit mirabilia. cuius pater eſt ſol. mater vero luna. que poꝛtant ipſam pau/ram. hoc eſt in vtero Sol eñ confert caliditatẽ. luna vero humiditatẽ Et ſic ſolem dixit eſſe patrẽ. lunam vero matrẽ. Ex quibꝫ qualitatibꝫ omnia inferioꝛa ꝑducuntur. Et ſunt parentes nature. natura eñ omnia inferio/ra ꝑducens habet eſſe in ſupioꝛibꝫ. His ꝛ abſurdis huius philoſophi ob/miſſis dicendũ eſt. ꝙ hec inferioꝛa ꝯplexionata ſuam ꝯplexionem ꝛ natu/ralem inclinationẽ ad bona vel ad mala opera. et a planetis ꝛ a parentibꝫ ſuſcipiunt. Unde natura ꝑducens hec inferioꝛa virtutẽ generatiuã pri/mo planetis ꝛ ſuperioꝛibꝫ coꝛpoꝛibꝫ cõmendat. Hec vero vlterius virtu/tem foꝛmatiuã in hec inferioꝛa tranſmittũt ſeu influunt. verbi grã. patri et matri. quibus vtunť tanꝗ̃ inſtrumentis. Simile huiuſmodi eſt. ſi vel/lem de ferro ꝑducere cultellum. ad hoc vterer manu. Ad hoc autẽ ꝙ ma/nus foꝛmam illam ab intellectu pꝛactico ſibi influxam ferro induceret. qꝛ non immediate poſſet explere. vlterius virtutem operandi mallio com/mendat. Sic natura foꝛ/matiuam ꝟtutem ꝛ ge/neratiuam primo ſupio/ribus coꝛpoꝛibꝫ cõmen/dat. ſed ſuperioꝛa vt ip/ſam his inferioꝛibꝫ influ/ant primo in patrẽ ꝛ ma/trem tranſfundũt. Jdeo ſecundo phiſicoꝝ ſcribi/tur. ꝙ homo generat ho/minem ꝛ ſol. Sol ꝗdem tanꝗ̃ agens vniuerſale et foꝛmale. homo vero tanꝗ̃ agens particulare et quodãmodo inſtru/mentale. Concedendũ igitur eſt. ꝙ generata ſm aſpectum planetaꝝ ad ipſoꝛum natiuitatem accipiunt ꝯplexionem ꝛ ꝟtutem ac virtutis deſcm̃ moꝛes foꝛmam figuram foꝛtunã coloꝛem. ꝛ ſic de alijs. A parentibꝫ etiã vel genitoꝛibꝫ aliquãtulum hec contrahunt. quia in ſemine a parentibus deciſo virtus foꝛmatiua derelinquitur. ꝛ hoc modo eſt in ſemine ſicut foꝛ/ma in materia. vt opinabatur phs dicens ſemen eſſe ꝑuum animal a pa/rentibus deciſum. Sed potius foꝛmatiua virtus eſt in ſemine. ſicut arti/fex in artificiato. Si eñ virtus foꝛmatiua inuenerit diſpoſitionẽ in ſemi/ne ad vnum ſexum. videlicet maſculinũ. tunc ex ipſo pꝛoducit maſculum Et ſi inuenerit in ipſo diſpoſitionẽ ad ſexum femininũ. pꝛoducit femellã Nam ſi in ſemine magis dominatur caliditas. per hoc diſponitur vt po/tius fiat maſculus ꝗ̃ femella Sed ſi ibi pꝛedominetur frigiditas. tũc ma/gis diſpoſitum eſt ad generationẽ femelle. Maſculus eñ ꝛ femella non differunt ſm ſpeciem; ſꝫ ſm materiam. Nam ſi ſemen deciſum abundet

planetis. an ſm natiuitatem. an ſm euentum. Si ex generantibꝫ. cũ vnũ generantium ſit album ꝛ reliquũ ni/grum. quare tunc generatum non al/bum ꝛ nigrum. Et quare generatum quãdoqꝫ in extremitatibꝫ aſſimilatur patri. in ceteris parturienti. quãdoqꝫ neutri generantium:

calore. tunc dispositum est ad masculi generationē. Si vero frigore. dispositum est ad femelle generationē. ergo calidum ꝛ frigidum diuersitatē in materia faciunt. Qꝫ autem fetus quādoqꝫ patri magis. quādoqꝫ matri magis assimilatur. ad hoc diuersitas spermatū viri ꝛ mulieris in modis et dispositionibꝫ qualitatum multum opatur. Habet autē sperma viri sēm Constantinū sicut operatio artifex ꝛ substātia radicaliū membroꝝ. Sperma vero mulieris se habet tanqꝫ cibus assumptus in supplementū. Unde sperma viri coagulo. mulieris vero sperma lacti cōparatur. Uiri em̄ sperma omnia facit per ꝟtutem formatiuam in eo existentem Sed in mulieris spermate hec fiunt tanqꝫ in materia apta ad recipiendū opationes naturales spermatis viri. Unde hec duo spermata recte se habent sicut sigillum ꝛ cera. Sperma namqꝫ viri calidum est ꝛ siccum. vt moueat et exsiccet. mulieris autē sperma frigidum est ꝛ humidum. humidū quidem vt recipiat. frigidum vero vt retineat

¶ Tunc ibi Quinto que ꝓporcio Quinta questio quesiuit. que sit proporcio motus ad motum. ꝛ coniunctio ipsoꝝ planetaꝝ ad inuicē.

¶ Quinto que ꝓporcio motus ad motum per planetas. ꝛ connexio

¶ Ubi notandum. ꝙ saturnus suum complet cursum in triginta annis. Jupiter vero in duodecim annis Mars in duobus vel circiter. Sol in vno anno. Uenus autē ꝛ Mercurius minus q̄ꝫ in vno anno. Luna in mense. Planetas namqꝫ sic situauit Plato. nam infimū dixit esse lunam secundū dixit solem. Sed non sunt sic ordinandi. secundus em̄ post lunā est mercurius. ꝛ post mercurium est venus. deinde sol. in medio scꝫ septē planetaꝝ consistens. tres habēs planetas supra se ꝛ sub se. vnꝰ Luna mercurius venus ꝛ sol mars iupiter saturnus. Uel in hoc metro Post sim sum sequitur. vltima luna subest. Ubi per quamlibet litterā haꝝ duarū dcōnum sim ꝛ sum vnus planetaꝝ intelligendus est. scꝫ s .i. saturnus. i id est iupiter. m id est mars. s id est sol. v id est venus. m id est mercuriꝰ Ex quo patet ordo septem planetaꝝ. Sed que sit proporcio motuū iam visum est per tempus quo quilibet eorum ꝓprium perficit cursum. Unī planete ꝓporcionantur ad inuicem in suis motibus recte sicut numerus proporcionatur numero. Uerbi gratia. saturnus ꝛ iupiter habent se in ꝓporcione dupla sesquialtera. Unde proporcio sesquialtera est quādo maius semel cōtinet minus ꝛ eius medietatem. vt tria ꝛ duo. sex ꝛ quatuor. Sꝫ dupla sesquialtera est quando maius bis continet minus ꝛ eius medietatem. Et sic est in ꝓposito. nam tempus motus saturni videlicꝫ triginta annoꝝ bis continet tempus motus iouis scꝫ duodecim annoꝝ. ꝛ medietatem eius scꝫ sex annoꝝ. Jupiter vero ad martem se habet in proporcione septupla. Et sic de alijs planetis suo modo dicendū est.

¶ Tunc ibi Sexto cum saturnus ꝛc. Sexta questio querebat. cū saturnus sit planeta seuissimus. venus aūt benignissimꝰ. an malignitas ipsius saturni veneris benignitatem temperet. ꝛ ecōuerso benignitas ve-

neris malignitate saturni retardetur ¶ Notandū ꝙ nullus planetaꝝ malus est naturaliter quo ad suam naturā. Sed bene dicūtur planete mali quo ad influxū ⁊ effectum. Cum igitur saturnus ꝟtualiter sit frigidus et siccus. ⁊ per cōsequens hoꝝ in hec inferiora influxiuus. Hec aūt duo ꝯtraria sunt vite. que consistit in calido ⁊ humido Sed venus est planeta ꝟtualiter calidus ⁊ humidus caliditatis ⁊ humiditatꝫ influxiuus. que ad vitam saluandā sunt necessarie. ⁊ ideo benignissimus dicit᷑. Concursus aūt duoꝝ planetaꝝ quoꝝ vnus ꝑ influentiam est beniuolus. alter vero maliuolus. se mutuo quo ad influentiam in hec inferiora temperāt et mitigant. Nam sicut ex calidi ⁊ frigidi concursu ⁊ ꝯmixtione fit medium temperatū vtputa tepidum. sic ex concursu planetaꝝ beniuoli ⁊ maliuoli maliuoli q̇dem malicia per benignitatē beniuoli obtemꝑatur. Ecōtra benignitas beniuoli per malignitatē maliuoli retardatur. ¶ Tunc ibi Septimo cum corus ⁊c̄.

¶ Sexto cum saturnus inter planetas sit seuissimus. venusq̧ benignissimus. an malignitas vnius retardet benignitatē alterius ex opposito venientis ¶ Septimo cum corus naturaliter sit frigidus ⁊ siccus. quare nobis contrarius appareat.

¶ Octauo que sit elementorum

Septima questio est cum corus ventus septētrionalis inter fauoniū ⁊ septentrionē mediās septentrioni ꝓpinquior naturaliter sit frigidus et siccus. quare est duꝫ ad nos peruenerit ꝙ appareat calidus ⁊ humidus Ad hoc dicendū est. ꝙ licet naturaliter sit frigidus ⁊ siccus. quia tamē ad nostram habitationē non peruenit nisi ꝑ̇us zonam torridam ꝑtranseat. Rōne cuius frigus quod in ipso erat depellitur. ⁊ caliditas a loco originis imꝓ̇mitur. Etiam anteq̃ȝ ad nos peruenit ꝑ maria inter locum sue originis ⁊ nostram habitationē interposita oportet ꝙ pertrāseat. exinde humiditatē suscipiens. Licet ergo corus naturaliter sit frigidus ⁊ siccus a loco sue originis ⁊ a sua natura. tamē rōne locoꝝ per que flat humiditatē ⁊ caliditatem sibi cōtrahit. quod exꝓ̇mitur in ventis contrarie dispōnis sibi. qui sunt humidi ⁊ calidi. Eo em̄ ꝙ pertranseunt regiones siccas siccitas in eis regeneratur. Et quia ꝑtranseunt montes frigidos ꝑpetue frigidi apparent. ¶ Tunc ibi Octauo que

Octaua questio est. que sit elementoꝝ ꝓporcionabilis ꝯnectio Ubi notandū est. ꝙ elementū s̄m Constantinū est simpla ⁊ minima pars corporis compositi. Minima q̇dem quo ad nos qui sensu non ꝑcipitur Est enim ꝑticula minima ⁊ vltima in corporis resolutione. sicut fuit prima in cōpositione. Dicitur autem simpla. non quia simplex sit elementū sine aliqua compositione. sed quia non habet aliquas partes cōponentes ipsuꝫ specie ⁊ numero differētes. sicut habent corpora mixta. sed est vnum totū homogeniū. cuius ꝑtes idem sunt cū toto. q̄libet ꝑs aeris est aer. ⁊ sic de

alijs. Et dicitur elementũ quasi ylemẽtũ ẽm Isidorũ ab yle grece quod est materia latine. eo ꝙ omniũ corporũ est materia ⁊ quasi primitiuũ fundamentũ. Scdm alios dicit quasi eleuamentũ siue alimentũ. eo ꝙ oĩa alia corpora aluntur qualitatibus elementaribus ⁊ augmentantur Sũt autẽ quatuor qualitates elementares. quarũ due sunt actiue. s. caliditas et frigiditas. ⁊ due passiue. scʒ humiditas ⁊ siccitas. Unde talis est elementorum connexio. ꝙ semꝑ duo elementa immediata in aliqua conueniunt qualitate ⁊ simbola. que est vni elementorũ eẽntialis ⁊ alteri accidentalis. Uerbi gratia. ignis ⁊ aer conuertunt ⁊ conueniũt in caliditate. que est igni essentialis ⁊ aeri accidentalis. sed differunt in duabus alijs qualitatibus. s. humiditate ⁊ siccitate. quia aer est humidus ignis ꝓo siccus. Similiter est de aere respectu aque. Conuertunt eñ in humiditate que est aeri naturalis vel essentialis. ⁊ aque accidentalis. Sed differũt ab inuicem frigiditate ⁊ caliditate. sic etiam se habẽt aqua respectu terre. Conuertunt eñ in frigiditate. que est aque naturalis. terre vero accidẽtalis. sed differunt in siccitate ⁊ humiditate. Terra eñ est sicca. aqua ꝓo frigida ⁊ humida. Elementũ autem primũ ⁊ terciũ. secundũ ⁊ quartum in nulla qualitate conueniuut. sed in ambabus habent contrarietatẽ Ut ignis in ambabus qualitatibus cõtrariatur aque. ⁊ aer terre. Inter hec autem quatuor elementa duo sunt melioris ⁊ purioris substantie ac etiã leuioris. Et ideo naturaliter mouentur sursum. ⁊ trahunt nobilitatẽ suã quo ad operationem ⁊ substantiã suam ex vicinitate orbis celestis. a quo recipiunt influẽtiam nobilitatis ⁊ virtutis. Nam virtus celestis primo influit supra speram ignis. ⁊ post ignem super aerem. Et ideo hec duo elementa sunt ceteris sublimiora quo ad situm. abiliora quo ad motuʒ subtiliora quo ad subiectũ. clariora ⁊ magis perspicua quo ad formam vigorosa quo ad actũ. Sed reliqua duo elemẽta. s. aqua ⁊ terra alijs sunt grauiora motũ a circũferentia ad centrum habẽntia per aggregatiõem partium. ⁊ compactionẽ spissa ⁊ obtusa. alijs duobus grossiora ⁊ materialiora. plus habẽntia de materia q̃m de forma. quodlibet autem horum habet suũ ornatum. Uerbi gratia. ignis sidera. aer volatilia. aqua natabilia et terra gressibilia Tunc ibi. Nono quis solis lune ⁊c̃.

connexio ꝓportionalis.

¶ Nono quis solis luneqʒ meatus

¶ Nona questio quesiuit meatũ ⁊ effectum solis ⁊ lune ¶ Ubi notandũ quo ad motus planetarum. ꝙ quilibet planeta duplici motu mouetur. scʒ naturali et proprio. ab occidente in oriens cõtra motũ firmamẽti. Et motu alieno. scʒ ab oriente in occidens ex raptu firmamenti Cuius violentia singulis diebus ab ortu ad occasum rapiũtur. In motu autem naturali quo nitũtur contra firmamentũ. quidã tardius. quidã celerius. cursum suũ perficiũt. Et hoc propter circuloꝝ suorũ dispositionẽ ⁊ quantitatẽ. Nã iupiter moratur in quolibet signo per annum vnuʒ. Et sic in

duodecim annis complet cursum suum. Mars moratur in quolibet sig-
no quadraginta diebus. ⁊ perficit cursum suuz in duobus annis. Satur
nus moratur in quolibet signo per triginta menses. ⁊ complet cursum su-
um in triginta annis Sol aūt moratur in quolibet signo triginta diebus et
decem horis ⁊ semisse. ⁊ perficit cursum suum in tricentis sexagintaquin-
qꝫ diebus. ⁊ quadrante. Mercurius moratur in quolibet signo septua-
gintaocto diebus ⁊ sex horis. Et complet cursum suum in tricentis ⁊ q̄
dragintaocto diebus.
Uen⁹ moratur in quo
libet signo vigintinouez
diebus. Et cōplet cur-
suum in tricentis ⁊ qua-

sit et effectus.

dragintaocto diebus. Luna moratur in quolibet signo duobus diebus
et dimidio. ⁊ sex horis ⁊ bisse vnius. Et complet cursum suum a' puncto
vsqꝫ ad punctum in trigintaduobus diebus ⁊ octo horis ¶ Secū-
do notādum ꝙ sol ꝭm Jsydorum dicit̄ quasi solus lucens. eo ꝙ sit fons
totius luminis. cuius radiatōe superiora ⁊ inferiora illustrant̄. Est autē
sol ꝭm astrologos planeta fortunatus ꝭm se. Sed per coniunctionez ali-
quando fit malus diurnus calidus siccus. ⁊ sic de alijs Unde sol oīa vi
uificat. ⁊ rebus omnibus vitam speciem ⁊ formā amministrat. Sol au-
tem oīnibus luminaribus celi maior est quātitate dignitate ⁊ claritate.
Et magis calcati ⁊ expressi est luminis. ⁊ etiā maior est potestate ⁊ offi-
cij multiplicitate. ac motus vniformitate. Nam mouetur semper directo
motu in circulo proprio sub zodiaco. mediū semper tenens locum. transit
eīn recte circulis suis per mediam lineam zodiaci. cuius methas ⁊ termi-
nos nō transcendit. Et ideo motus solis in circulo suo proprio est vni-
formis. q̄uis in respectu aliorum dissi[illegible]ter mouere videatur. Circu-
lus vero solis sicut etiam zodiacus describitur per duodecim spacia siue
signa. quorū quodlibet continet triginta gradus. ⁊ quilibet graduū sexa-
ginta minuta. Unde sol recedendo ab vno puncto circuli sui. ⁊ reuerten
do ad eundē transit per duodecim signa. Et transitus illius circuli ann⁹
vocatur. Nec in die naturali perfecte transit gradum vnū. sed transit sex
agintanouem minuta ⁊ octo. ita ꝙ de illo sexagesimo minuto remanent
duo signa impertransita. Jntantum igit̄ deficit ꝙ in vno die naturali non
perficit gradum vnum. Sol igit̄ motu suo ordinato ⁊ imperturbato cur
su ordinat ⁊ perficit vniuersa. Unde Ambrosius sic virtutes solis descri
bit. Sol est oculus mūdi. iocūditas diei. pulchritudo celi. mensura tem-
porum. virtus ⁊ vigor omniū nascentiū. dominus planetarū. decor ⁊ pfe
ctio omniū stellarum. Preterea sol est fons mentis. i. memorie. rationis
principiū. lucis origo. rex nature. medius mūdi. fulgor olimphi. modera-
tor fundamenti. Ideo enim mouet̄ contra motū firmamenti. vt moderet
et temperet motū suū. Ideo dicitur splendor olimphi. quia dicit Macro
bri⁹ in libro Ciceronis. Diffinitio fuit Platonis. omniū sperarꝫ lumē
esse a sole. Dicit enim Plato in thymeo. Ingeniauit deus rerū condi-
tor lucem clarissimam. quam solem vocamus. cuius splendore celum et

Disciplina scholarium.

omnia illustrant. vt numerus existat omniũ animantiũ. Et Arestoteles
in libro de elementis ait. Sol habet lumen proprium. stelle vero ⁊ luna lu-
men a sole acquisitum. Sicut quando a candela speculũ ei oppositum il-
luminatur. ¶ Item notandũ de luna ꝙ luna dicitur quasi luminis
vna. id est principalis ⁊ maxima. Est enim corpori solari in magnitudi-
ne ⁊ pulchritudine simi-
lima vt dicit Isydorus

Ltima semicirculi planicies p
ponebat. Cur tremor ē in tris

Luna vt dicitur in exa-
meron. est mater totius
humoris ⁊ ministra. do-
minatrix maris. lumē a
se nō habens. sed a ple-
nitudine solis mutuās.

Luna eñ ſm appropinquationem vel elongationem a sole formam su-
scipit et figuram. Carens igit proprio lumine a punctuali plenitudine so-
lis lumen recipit. Ut enim dicit Arestoteles in libro elementorum. luna
semper mediate sui a sole illuminat. ⁊ lumen receptũ reflectit in terrã Ha-
bet enim luna naturam similem speculo. quia proprio colore caret. ⁊ reci-
pit colorem ab alio. Et quanto plus soli appropinquat tanto plus de lu-
mine suo perdit ex parte terre. Sed claritatem quam perdit ex parte in-
feriori. nullatenus perdit ex parte celi. immo tanto plus ex parte superio-
ri illuminat. Unde quando soli coniũgitur nihil luminis ad terram diri-
git. Sed ex parte celi implens illuminatio permanet. ⁊ econuerso quan-
do soli opponit tota ad terram ⁊ non ad celum illuminat. vt dicit Beda
et Macrobius. Et est luna inter planetas breuissimo tempore sui tem-
poris impletiua. breuissimũ enim habet circulum. ⁊ ideo inter spaciũ vi-
gintiocto dierũ per omnia signa zodiaci vagatur. vt dicit Ptholomeus.
Est autem luna planeta frigidus cum excessu. femineus ⁊ nocturn⁹ ⁊c.
